Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Liber Ionam

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

possedant. Et erit domus iacob ignis
et domus ioseph flamma et domus esau sti
pula. Et succendentur in eis et devorabunt
eos et non erunt reliquie domus esau quia dominus
locutus est. Et hereditabunt hii qui ad au
strum sunt montem esau et qui in campestribus
philistiim. Et possidebunt regionem effra
ym et regionem samarie et beniamin pos
sidebit galaad. Et transmigratio exerci
tus filiorum israel omnia chananeorum usque ad
sareptam. Et transmigratio ierusalem que in
bosforo est possidebit civitates austri.
Et ascendent salvatores in montem syon
iudicare montem esau et erit domino
regnum. Amen. Explicit Abdias. Incipit
prologus in librum Ione prophete.

Sanctum ionam
hebrei affir
mant filium
fuisse mulie
ris vidue
sareptene
quem helyas
propheta mortu
um suscitavit matre postea dicente
ad eum. Nunc cognovi quia vir dei es tu et
verbum dei in ore tuo verum est. Ob hanc cau
sam etiam ipsum puerum sic vocavit amathi. A
mathi enim in nostra lingua veritatem sonat.
Et ex eo quod helyas verum locutus est ille qui
suscitatus est filius esse dicitur veritatis. Ideo de ci
vitate columba nascitur quia ionas columba
sonat. In condempnatione autem israel ionas
ad gentes mittitur quod ninive agente penitentiam
illi in malitia perseverarent temporibus quippe
ieroboam regis israel qui deo derelicto cum
populo suo in samaria vitulis sacrificaverat.
ionam prophetam fuisse historia quarti
libri regum indicat. Cum propheta illu
minante domino peccatores civitatis ninive
dei inimicam sententiam viderent, ne falsa
predicare videretur, ad denuntiandum interitum
eiusdem civitatis ire nolebat. Nam sicut
deus abraham de impietate sodomorum lo
cutus est: clamor sodomorum et gomorre
orum pervenit ad me, ita et de ninive dicit
eo quod ascenderit clamor malitie eius ad eum.
Et sic sententia dei de sodomis facta minime
revocata est. Ita et ionas adversus nini
ven prolatam revocari nolebat, divine
dispensationis ignarus, qui salutem
hominum ad se convertentium magis
vult quam interitum. Hoc autem illi acci
derat quod et sancto helyseo qui filium
sunamitis mulieris mortuum igno
rabat. Ideo et a conspectu dei ionas
fugere se putabat humanum aliquid
passus dicente david. Quo ibo a spi
ritu tuo et quo a facie tua fugiam. Je

Iona columba. Alius prologus
et dolens filius amathi qui de geth que
est in opher ad gentium precomium mittitur et mis
sus contempnit, et tempestas fugit fugi
ens dormit, ipse quem predicatur navis
sed sors latentem reperit. Cetus absconditum
devoravit et orantem revomuit. Civitatem
predicavit subversione sed mutatis in penitentia
urbibus et salutem gentium invidet. Hedere
virentis umbraculo et solis subito arescen
tium sepulchrum in quadam urbium videre geth
viculo demonstratur. Quod est sito in itinere
sephori itinere quo pergitur tyberiadem. Incipit
Ionas propheta.

Et factum est
verbum domini
ad ionam fi
lium amathi
dicens. Surge

vade in Niniven civitatem grandem et predi-
ca in ea, quia ascendit malitia eius co-
ram me. Et surrexit Ionas ut fugeret
in Tharsis a facie domini. Et descendit Iop-
pen, et invenit navem euntem in Tharsis.
Et dedit naulum eius, et ascendit in ea-
m ut iret cum eis in Tharsis a facie domini.
Dominus autem misit ventum magnum in mare,
et facta est tempestas magna in mari, et
navis periclitabatur conteri. Et timu-
erunt naute, et clamaverunt viri
ad deum suum. Et miserunt vasa que
erant in navi in mare, ut alleviaretur
ab eis. Et descendit Ionas ad interiora
navis, et dormiebat sopore gravi. Et
accessit ad eum gubernator, et dixit ei:
Quid tu sopore deprimeris? Surge, in-
voca deum tuum, si forte recogitet deus
de nobis, et non pereamus. Et dixit vir ad
collegam suum: Venite et mittamus sor-
tes, et sciamus quare hoc malum sit nobis.
Et miserunt sortes, et cecidit sors su-
per Ionam. Et dixerunt ad eum: Indica no-
bis cuius causa malum istud sit nobis. Quod
opus tuum? Que terra tua? Et quo vadis?
vel ex quo populo es tu? Et dixit ad eos:
Hebreus ego sum, et dominum deum celi ego
timeo, qui fecit mare et aridam. Et
timuerunt viri timore magno, et dixe-
runt ad eum: Quid hoc fecisti? Cognove-
runt enim viri quod a facie domini fugeret,
quia indicaverat eis. Et dixerunt ad
eum: Quid faciemus tibi, et cessabit ma-
re a nobis? Quia mare ibat et intume-
scebat super eos. Et dixit ad eos: Tol-
lite me et mittite in mare, et cessabit
mare a vobis. Scio enim ego quoniam propter me
tempestas hec grandis est super vos. Et
remigabant ut reverterentur ad aridam.

Et non valebant, quia mare ibat et intumesce-
bat super eos. Et clamaverunt ad dominum, et
dixerunt: Queso domine, ne pereamus in anima vi-
ri istius, et ne des super nos sanguinem in-
nocentem, quia tu domine sicut voluisti fe-
cisti. Et tulerunt Ionam, et miserunt
in mare. Et stetit mare a fervore suo.
Et timuerunt viri timore magno dominum,
et immolaverunt hostias domino, et voverunt
Et preparavit dominus II vota.
piscem grandem ut deglutiret
Ionam. Et erat Ionas in ventre piscis
tribus diebus et tribus noctibus. Et oravit Io-
nas ad dominum deum suum de utero piscis, et
dixit: Clamavi de tribulatione mea ad
dominum, et exaudivit me. De ventre in-
feri clamavi, et exaudisti vocem meam.
Et proiecisti me in profundum in corde ma-
ris, et flumen circumdedit me. Omnes gur-
gites tui et fluctus tui super me transi-
erunt. Et ego dixi: Abiectus sum a conspectu
oculorum tuorum. Verumtamen rursum videbo
templum sanctum tuum. Circumdederunt me
aque usque ad animam, abyssus vallavit
me, pelagus operuit caput meum. Ad
extrema montium descendi, terre
vectes concluserunt me in eternum. Et sub-
levabis de corruptione vitam meam, domine
deus meus. Cum angustiaretur in me anima mea,
domini recordatus sum, ut veniat ad te oratio
mea ad templum sanctum tuum. Qui custodiunt
vanitates frustra, misericordiam suam derelin-
quent. Ego autem in voce laudis immola-
bo tibi; quecumque vovi reddam pro salute
domino. Et dixit dominus pisci: Evomite illum.
Et evomuit Ionam in aridam. III
Et factum est verbum domini ad Ionam
secundo dicens: Surge, vade ad
Niniven civitatem magnam, et predica in ea

predicationem quam ego loquor ad te. Et
surrexit ionas et abiit in niniuen iux
ta uerbum domini. Et niniue erat
ciuitas magna itinere trium dierum. Et cepit
ionas introire ciuitatem itinere diei
unius. Et clamauit et dixit. Adhuc xl
dies et niniue subuertetur. Et crediderunt
uiri niniuite in deum et predicauerunt ie
iunium et uestiti sunt saccis a maiore
usque ad minorem. Et peruenit uerbum usque
ad regem niniue. Et surrexit de solio
suo et abiecit uestimentum suum a se et
indutus est sacco et sedit in cinere. Et
clamauit et dixit in niniue ex ore regis
et principum eius dicens. Homines et iumenta
et boues et pecora non gustent quicquam
nec pascantur et aquam non bibant. Et operi
antur saccis homines et iumenta et cla
ment ad dominum in fortitudine. Et conuerta
tur uir a uia sua mala et ab iniquita
te que est in manibus eorum. Quis scit si con
uertatur et ignoscat deus et reuertatur a
furore ire sue et non peribimus. Et uidit
deus opera eorum quia conuersi sunt a uia sua
mala et misertus est deus super malitiam
quam locutus fuerat ut faceret eis et non fecit.
Et afflictus est ionas IIII
afflictione magna et iratus
orauit ad dominum et dixit. Obsecro domine
numquid non hoc est uerbum meum cum adhuc
essem in terra mea. Propter hoc preoccupaui ut
fugerem in tharsis. Scio enim quia tu deus
clemens et misericors es patiens et
multe miserationis et ignoscens super
malitiam. Et nunc domine tolle animam me
am a me quia melior michi est mors
quam uita. Et dixit dominus. Putasne bene
irasceris tu. Et egressus est ionas de
ciuitate et sedit contra orientem ciuitatis.

Et fecit sibimetipsi ibi umbraculum et
sedebat subter illud in umbra donec ui
deret quid accideret ciuitati. Et preparauit
dominus deus hederam et ascendit super caput
ione ut esset umbra super caput eius et pro
tegeret eum. Laborauerat enim. Et le
tatus est ionas super hedera letitia ma
gna. Et parauit deus uermem ascensu
diluculi in crastinum et percussit hederam
et exaruit. Et cum ortus fuisset sol pre
cepit dominus uento calido et urenti et percus
sit sol super caput ione et estuabat.
Et petiuit anime sue ut moreretur et dixit.
Melius est michi mori quam uiuere. Et dixit
dominus ad ionam. Putasne bene irasce
ris tu super hederam. Et dixit. Bene
irascor ego usque ad mortem. Et dixit
dominus. Tu doles super hedera in qua non
laborasti neque fecisti ut cresceret que sub
una nocte nata est et una nocte periit.
Et ego non parcam niniue ciuitati
magne in qua sunt plus quam c. xx. mi
lia hominum qui nesciunt quid sit inter
dexteram et sinistram suam et iumenta
multa. Explicit Ionas propheta. Inci
pit prologus Michee prophete.

Temporibus ioa
the achaz et
ezechie re
gum iuda
micheam ad
hanc prophe
tiam spiritu
sancto repletum fuisse lectio ipsa de
monstrat. Sed de supradicto numero
regum ioatham et ezechiam deo
ob religionem placuisse historia
libri quarti regum et sedi paralipo
menon indicat. achaz non derelicto